



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt nomen papæ in Ecclesiis sanctis recitetur. ccxxx.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

*Vt nomen papæ in Ecclesiis sanctis recitetur.*

Cap. CCXXX.

*Ex cōcil. Vasensi. cap. 3.* **E**T hoc iustum visum est nobis, vt nomen domini papa, quicunque sedi apostolicae præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur.

*Vt presbyter aut diaconus qui canonicus non est, sed in villis habitat, nusquam summas festiuitates celebret, nisi in ciuitatibus.* Cap. CCXXXI.

*Ex cōcil. Aruernē. cap. 6.* **S**I quis presbyter aut diaconus qui non in ciuitate etiam non isticus esse dinoſcitur, ſed in villulis habitans, in ratoris officio sancto deseruiens celebrat diuina myſteria, festiuitates præcipuas, domini Natalem, Pascha, Petecosten, & ſi quaꝝ principales ſunt festiuitates reliqua dehinc ne faciat commonemus: & nusquam alibi, in cum epifcopo ſuo in ciuitate festiuitates ſupradictas celebret. Quicunque ſunt ciues laici, natu maiores, per modo in vrbibus ad pontifices ſuos in prædictis festiuitatibus veniant, & ibi diuina myſteria celebriter audiam. Quod si qui improba temeritate hæc contempferint, communione pellantur.

*Vt presbyteris potestas prædicandi in suis plebis concedatur.* Cap. CCXXXII.

*Ex cōcil. Vasensi, cap. 6.* **H**OCEIAM pro ædificatione omnium ecclesiaram, pro utilitate totius populi nobis placuit, vt non ſolum in ciuitatibus, ſed etiam in omnibus, parochiis vobum faciendi daremus presbyteris potestatem, ita ut presbyter aliqua infirmitate prohibente per ſeipſum non potuerit prædicare, ſanctorum patrum Homelie à diacribus probatis recitentur.

*De clericis qui in rixa interficiuntur.*

Caput CCXXXIII.

*Ex cōcil. Triburi. cui, Arnolphus rex interfuit. cap. 50.* **Q**VICUNQUE clericus aut in bello, aut in rixa, aut genitilium ludis mortuus fuerit, neque oblatione, neque oratione pro eo postuletur, ſed in manu incidentat iudicis, ſepultura tantum non priuetur.

*De clericis qui à dominis suis liberi facti sunt.*

Caput CCXXXIV.

*Ex concil. apud Al-* **N**ULLUS clericus ad gradum presbyterij promovetur, niſi ut scriptum in canonibus habetur. Si enim